

Jakob Heinrich Lüdecke

**Sub Praesidio Sacrosanctae Et Individuae Trinitatis Ex Decreto & autoritate Magnifici ICtorum Ordinis In Celeberrima Ludoviciana, Dissertationem hanc Iuridicam, qua specimen exhibetur quaecunq[ue] omnifariam Degenerationis Rerum Iuridicarum ... Publico & solenni examini submittit Jacob Heinrich Lüdecke/ Hannoveranus, Ad diem [ ] Iunii, Anni M.DC.LXIX.**

Giessae: Kargerus, 1668

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn805492887>

Druck Freier  Zugang









V. N. - 2 (174.)











20  
16  
SVB PRÆSIDIO  
SACROSANCTÆ ET INDIVIDVÆ  
TRINITATIS

*Ex Decreto & autoritate*

MAGNIFICI ICTORVM  
ORDINIS IN CÉLEBERRIMA  
LVDOVICIANA,  
DISSERTATIONEM

*hanc Juridicam,*

*quâ specimen exhibetur quaecunq; omnifariam*

DEGENERATIO-  
NIS RERVM  
IVRIDICARVM,

Pro summis in utroque jure dignitatibus & privi-  
legiis Doctoralibus ritè capessendis

*Publico & solenni examini submittit*

JACOB HEINRICH Cüdecke/

Hannoveranus,

Ad diem Iunii, Anni M, DC, LXIIX,



GIESSÆ

Typis Friderici Kargeri, 1668.



SVB PRESIDIO  
SACROSANCTÆ ET INDIVIDVÆ  
TRINITATIS

EX DIGNITATE AUSTRIACÆ  
MAGNIFICENTISSIMORVM  
ORDINIS IN CEBERRIMAM  
LVDVICIANAM  
DISSERTATIONEM

DE  
GENERATIONE  
NIS RERVM  
IURIDICARVM

Pro summo in utroque iure dignissimo & per  
legis Doctorationis iure capite in  
Pudico Johanne Christiano

JACOB HEINRICH  
HAROVIANUS  
Adhuc iussu anni MDCLXXIX

— — — — —  
— — — — —  
GIESSE  
Typis Rostockensibus, 1688





ADSIT DIVINA GRATIA.

CAPUT I.



Uamvis Omnipotens DEUS in prima Thesis 1. creatione singulis rebus formas suas indiderit, easque ad hunc usque diem benedictione suâ conservaverit; natura tamen, quæ Dei ministra, in superque multis novitatibus utens *Nov. 84. pr.* formas pro diversis elementorum conjunctionibus ita miscet, ut nonnunquam vires suas, quas à Deo in prima creatione acceperunt, ferè amittant, & in novam quasi speciem degenerent, exemplo plantarum aliarumque rerum, quo pertinet locus Virgilii:

*Vidi lecta diu & multo spectata labore*

*Degenerare tamen.*

Item versiculus vulgaris in *lib. 2 feud. 24 §. prædictis modis.*

*Et natura novas deproperat edere formas.*

Similiter quoque & jurisprudentia nostra, cum in aliis, tum in hoc industria & non infelix naturæ æmulatrix dudum exstitit. Nec iis artibus, quæ corporis, membrorum ministerio utuntur quicquam cedit aut cedere debet Nostra, subtilissima mentis vi jurisque intellectu utens, eoque non minus valens, varia circa res suas civi-



les seu morales permiscendas & efformandas. Atque huc etiam pertinet ea, cujus titulus dissertationis nostræ meminit DEGENERATIO, non quidem rerum civilium & moralium quarumcunque, nam Politicorum & Ethicorum circulos turbare animus nobis non est, sed juridicarum duntaxat. Harum autem primitus constituta genera, quæ ex ulu fori juridici ita nunc appello, quando ex uno in aliud migrant, novamve formam induunt, haud perperam, ni fallor, DEGENERARE, hoc est, de uno genere in aliud transire, remque pristinâ, variis causis jam intrin. jam extrinsecus id agentibus, mutatâ formâ aliam fieri dicimus. Et sic quoque intelligendum, quando unus rei *natura* ex alia *crescere*, §. 3. *Inst. de legat.* quando item *increscere jura* dicuntur *vid. l. 12. §. 27. ff. de instr. & instrum. leg.* & alibi omne artificium *incrementum recipere l. 65. §. 3. ff. de legat. 3.*

Th. II.

Degeneratio à genere seu *generando* appellatur. *Generis* vocabulo hîc utimur pro naturâ, formâ & qualitate tam corporalium quàm incorporalium rerum; à quâ rationem *generis* ipsæ consequuntur & res alias, tanquam *species* oppositas sub se continent. Unde simul patet, quomodo vocem *speciei* hîc accipiamus; ut ut ejus idem sæpe nobis usus sit, quî vocabuli *generis*. de cœtero per *speciem* intelligi constat in jure nostro idem, quod aliâs Philosophis individuum. conf. Dn. Franzk. *in comm. ad tit. ff. de reb. cred.* Res autem hîc in ea latitudine accipimus, quâ jurisprudentia nostra definitur *rerum divinarum ac humanarum* notitia §. 1. *Inst. de l. & l. 10. ff. eod.*

Th. III.

In præsentem autem specimina tantum quædam fortuita & sparsim delibata dabimus, uberiori apparatu in aliud tempus servatô, cõque illa ordine, quem diverfa objecti



205  
objecti consideratio suggerit; visuri primò quidem *personarum*, inde *rerum*, postremò *actionum* jura, & si quæ uno alterove loco occurrent degenerationum exempla.

## CAPUT II.

In tractatu de *personis* & *jure personarum* se offert Th. I.

(I.) *conditio Statuliberorum.* Statuliber is dicitur, qui statutam & destinatam in tempus vel conditionem libertatem habet *l. 1. pr. ff. de statul.* ipso igitur actu servus est, add. *l. 9. l. 16. l. 25. ff. d. t.* sed potentiâ & quidem propiori liber videtur; liberorum inde hominum, aut saltem mitiore, quam cæteri servi, in multis jure utens. vid. *l. 14. ff. de quest. l. 9. S. ult. ff. de pæn.* Ita *ambiguum conditionis* tuit, ut quamvis interea servi sint statuliberi, de genere tamen liberorum, saltem effectutenus non nihil participant.

(II.) *Adscriptitiorum.* Tanta hîc degeneratio, ut Th. II.  
alii eos liberos, alii servos, alii mixtos seu medios, alii non quidem servos, sed servilis conditionis esse statuunt. Ast observandum, generaliter & ferè non aliter ac in Germania *Bauren* (*Colonos* seu *Agricolos*; quæ itidem vocabula ejusdem in legibus nostris significatus sunt) adscriptitios dici. Abire autem in duas species; unam eorum, qui reverâ liberi sunt, terram tamen, cujus culturæ serviunt, deserere prohibentur *c. 2. ext. de Judais*; alteram eorum, qui reverâ servi, excepto fortassis, quod proprium aliquod habeant, nec omnes quos percipiunt fructus, domino acquirant. vid. *l. 18. l. 23. C. de agric. & cens. l. 3. C. de infant. expos. l. 2. C. in quib. caus. col. cens.* plane, uti solemus vulgò rusticos distinguere in *liberos* &



*servientes freye und leibeigene Bauren* / quamvis hi quoad statum verè liberi sint & similes iis, qui in multis Galliae partibus præprimis in Comitatu Burgundiae reperiuntur, Gallicè *Gens de main morte* (*homines manus mortuae*) vocari soliti, magis tamen liberi & melioris conditionis, quam olim adscriptitii, à quibus in eo differunt, quod possint renunciare glebae seu omnibus bonis, quæ tenent ab eorum domino, illisque domino resignatis sibi deinde liberè acquirere & jure plenæ & perfectæ libertatis potiri referente D. Carolo Molinæo *ad consuet. Parisens. part. I. tit. I. de fiefs §. 3. gl. 3. in verb. La bouche & les mains n. 2. 3. Et seq.*

Th. III.

(III.) *Hominum propriorum*, in quibus nec libertas nec servitus plenè adesse, sed ex utroque genere nova quædam species coaluisse videtur. Prout ergo statuta & consuetudines locorum circa statum eorum variant; ita de naturâ servorum, libertorum, aut ingenuorum magis minusque participant, Dn. Stam *tr. de servit. person. lib. 3. c. 2.* Ut enim in Polonia, Russia & aliis nonnullis locis ad servorum conditionem quam proxime accedunt, teste Arnif. *de republ. lib. I. c. 3. n. 7.* Ita in Hassia, Franconia alibique perinde ferè ut liberi homines tractantur Vult. *de feud. cap. 4. n. 7.* & D. Stam *d. tr.* Et solent non tantum manumiri, sed & instrumentum manumissionis seu potius dissolutionis ejus vinculi, quo proprii homines heris suis tenentur (*barbarè affrancamentum* *Laßbrieff* appellatur) obtinere in eâ formâ, quam recenset D. Stam *d. tr. lib. 3. c. 37. n. II.* In vernacula nostra ita ferè concipi solet. *Von Gottes Gnaden wir Adolph G. zu H. S. und S. Herz zu G. thun kund und bekennen zc. daß wir gnädigen willens haben auffgelassen und gefreyet / aufflassen*



lassen und freyen in und mit Krafft dieses Brieffes/ Greit-  
 len Heinen ihres Eigenthumb/damit sie uns und unserm  
 Hause S. Rechts und Gewonheit wegen bisher verbun-  
 den gewesen ist / derogestalt / daß sie nun hinfüro / nach  
 freyer Leute art / wohnen und hausen mag in allen freyen  
 Stätten / Flecken und Reichbilden / brauchen und ge-  
 niesen aller freyer Leute Recht und Gerechtigkeit / wo ihr  
 das beste gelegen ist / und eben kompt / sonder unser Erben  
 noch jemandes Verhinderung und Verboten / daß wir  
 ihr also zu Recht gewehren sollen und wollen / wo / wannhr/  
 so ofte ihr das noch und bedurff seyn wird / und sie das von  
 uns fördert oder fördern lässet / vorbehaltlich aber / daß  
 gedachte Greitke Heinen sich nicht solle oder wolle / weil  
 sie in unserer Graffschafft ist / wiederumb jemand anders  
 eigen geben / alles ohne Gefehrde und arge List ic. Anno  
 1597. den 8. Nov. ,quam formulam recenset Amplissimus  
 Consultissimus Dn. D. Eiben in commentario suo ad  
 Instituta *disp. 2. obs. 12.* Ad quam speciem non incommo-  
 de referri potest (1) *Judeorum* conditio, quæ in Re-  
 buspublicis Christianis & præcipuè nostra, si non omni-  
 no servilis, certè extrema & servili proxima est. vid.  
*cap. 13. in pr. ext. de Judais*, ab omnibus enim officiis pu-  
 blicis exemplo servorum arcentur *c. 16. & 18. ext. d. t.* in-  
 de etiam est, quod in suppressionis & vilitatis argumen-  
 tum diverlo habitu, qui eos à Christianis distinguat uti,  
 & flavum annulum vestibus impressum portare cogan-  
 tur, unâque cum meretricibus & carnificibus, quibus  
 quoad hoc comparantur, levi maculâ laborant. vid. Ord.  
 Polit. Francof. Anno 1577. renovata *rit. 20.* ibi: daß sich  
 die unehrlichen Weiber / Nachrichter und Juden solcher  
 Kleidung gebrauchen/ dardurch die Erbarkeit verrucktet/  
 und eines jeden Stand und Wesen erkandt werden möge/



So ordnen wir &c. juncta Ordin. Polit. Aug. anno 1530. sub rubr. von der Juden Kleidung ibi: daß die Juden einen gelben Ringel an dem Rock oder Kapfen allenthalben unverborgen zu ihrer Erkänntuß öffentlich tragen (2.)

*Famulatus* qui videtur esse servitus quædam personalis, quâ homines liberi alteri tanquam domino pro certa mercede aut sine ea & sic gratis, domini tamen expensis fideliter & subjectè serviunt, de hoc ex professo scripsit Dn. Stam in *tr. de servit. person. lib. 2. c. 1. & seqq.* Multæ enim leges in jure civili de servis & operis libertorum promulgatæ etiam ad famulos nostros referri & controversiarum decisionibus inservire possunt Welenb. *Conf. jur. part. 4. conf. 70. §. 3.*

Th. IV.

(IV.) *Libertinitas*, in qualicet libertini desierunt esse servi, remanet tamen macula & cicatrix pristinæ servitutis; patrono enim debent præstare operas, de quibus tempore manumissionis convenit *l. 1. ff. & C. de oper. libert.* debent reverentiam & pietatem, in quibus, si defecerint, propter ingratitude iterum possunt revocari ad pristinum servitutis jugum. *l. 21. ff. quod met. caus. l. 30. §. 4. ff. qui & à quib. manum. l. 12. C. de oper. libert.*

Th. V.

(V.) *Concubinatus* in quo justum matrimonium degenerat in novam conjunctionis speciem, illicitis tamen stupri, fornicationisque nominibus meliorem. Hinc est, quod licita consuetudo *l. 5. in fin. ff. ad SC. orphyt.* imo conjugium sed inæquale vocetur *l. 3. C. de natur. liber.* concubina quodammodò uxorem legitimam imitatur; qui enim concubinam habet, non potest aliam ducere *l. 2. C. de incest. nupt.* nisi priore mortuâ aut repudio quasi separata *Nov. 18. c. 5. v. & hæc dicimus.* Committitur etiam



etiam in concubina adulteriū l. 13. in pr. §. 1. & 2. ff. ad Leg. Jul. de adult. In nonnullis tamen differūt; concubina enim (1) habetur tantum voluptatis & concubitus, l. 1. l. 4. ff. l. unic. C. de concubin. uxor verò procreandæ sobolis causâ & cum affectione maritali, l. 1. l. 22. §. 7. in fin. ff. solut. matrim. dos quemad. pet. l. 32. §. 13. ff. de donat. in i. vir. & ux. præterea fit (2.) tantum ad tempus, matrimonium vero in perpetuum, (3) contrahitur cum foemina humili, & plerumque inferioris conditionis, quàm vir est; l. 3. ff. eod. quâ refertur etiam posset *Matrimonium ad Morganaticam*, quod inter personas conditionis inæqualis hâc lege contrahi solet, ut liberi inde nati patri in dignitate & aliis plenè non succedant, sed unâ cūm matre certâ portione esse contenti debeant, 2. feud. 9. de fil. nat. ex matr. ad morgan. contr.

(VI) *Sponsalia de præsentī*, quæ sunt nova species partim Th. VI. ex sponsalibus jure nostro civili proditis ac constitutis, partim ex nuptiis ipsis conflata, ut nuptiæ tamen magis sint, quam sponsalia Dn. Sigel. tr. de matrimonio c. 5. l. 2. Sponsalia autem dicuntur non nisi improprie, respectu executionis matrimonii & copulæ futuræ, quæ in iis spondetur. Covarr. part. 1. de spons. c. 1. n. 6. & seq. A nuptiis tamen differunt (1.) *Effectu*: nuptiis enim contractis, maritus uxorem alere & vicissim uxor illi operas præstare tenetur, quod in sponsalibus de præsentī cessat. (2) *Contrariis*: nuptiæ sive matrimonium tantum propter adulterium & malitosam desertionem per xxx. ex sacro codice *Matth. 5. 32. & c. 19. v. 9. 1. ad Cor. 7. 15. & 39.* quibuscum concordat Ordin. Eccl. D. Friderici Duc. Brunov. & Luneb. c. 14. tit. von Ehesachen / Sponsalia verò de præsentī præter istas etiam ex aliis justis ac legitimis causis dissolvuntur; videlicet ob inimicitias capitales,

B

les,



les, & quando nulla est spes reconciliationis, ex hac ratione, ne matrimonium infelicem habeat exitum, quod omnibus modis cavendum *cap. 17. X. de sponsal.* item ob infidelitatem, morbum turpem & incurabilem, de quo tempore sponsaliorum alteri parti non constitit, vid. *Richt. part. i. dec. 8. n. 9. & seq. Dn. Carpz. jurispr. Consist. lib. 2. def. 6. & 176.* Ejusdem generis est, quod sponsalia & nuptia quadam vetita per copulam carnalē transceant in justum matrimonium. v. g. sponsalia clandestina & absque parentum consensu contracta, quæ uti non subsistunt, vel arg. §. 12. *Inst. de nupt. & l. 11. ff. de stat. hom.* Carpzov. *jurispr. cons. lib. 2. tit. 3. def. 38. & 40. Fürstl. Braunsch. Kirchenordnung Cap. Ordnung in Ehefachen tit. von heimlicher & tit seq. Von Eheverpflichtung* ita, si ad ea concubitus accesserit, vitium clandestinitatis purgatur arg. *c. Tanta X. qui fil. sint legit. Petr. Heig. part. 1. q. 22. n. 5.* ac proinde conjugia hoc modo consummata, saltem de jure Canonico & moribus fere nostris non retractantur, *c. cum causa. 6. X. de rapt.* vid. *D. Richt. dec. 8. n. 55. D. Carpzov. jurispr. Consist. lib. 2. tit. 3. def. 36.* ubi hanc sententiam aliquot præjudiciis firmat. Sic quoque incesta nuptia, quæ jure tantum positivo, non etiam Divino vel gentium tales sunt, per copulam carnalem transeunt in verum matrimonium (licet alias pœnam à lege dictatam sustinere novi conjuges teneantur; quæ tamen pro circumstantiarum diversitate vel minui vel augeri tolet) superque iis à Principe rectè dispensatur. Confer. *Dn. Carpz. jurispr. cons. l. 2. t. 7. d. f. 110.* penes quem enim est leges condere, penes illum etiam est abrogare, relaxare & deluper dispensare *l. 1. ult. C. de leg.*

Th. VII. (VII) *Adoptio extraneorum*, quæ ex modo patriæ potestatis constituendæ degeneravit in modum, quo quis nomen



nomen tantum patrum & paulo plus consequitur, quam hodie ex paternitate, fraternitate, per comporationes aut alia affectus testimonia initis, resultat. Illa enim patri adoptivo potestatem patriam non tribuit, nec filio adoptivo quicquam præter nomen istud & jus succedendi ab intestato §. 2. *Inst. de adopt. & l. pen. §. 1. C. eod.* hoc tamen pendens ab arbitrio patris adoptivi, qui impune præterire ejusmodi suum filium potest, alio hærede instituto *d. l. pen. §. 1. ibi licentiam damus tali adoptivo patri id est extraneo, si voluerint, nihil ei testamento suo relinquere, sed quicquid ei reliquerit, hoc liberalitatis sit, non legitimo vinculo adstrictum.*

(VIII) *Filius per dignitatē patri a potestate solutus;* Th. VIII. status in filii familias conditionē quoad nonnulla degenerat. Nam dignitas solvit quidem patriam potestatem §. 4. *Inst. quib. mod. tol. patr. pot. l. ult. C. de Consul. & Nov. 81. c. 1.* sed tantum quoad onera filii familias, non quoad commoda *d. Nov. 81. c. 2.* in eo consistentia, ut filius peculium & cuncta pristinæ familiæ emolumenta retineat.

(IX) *Commissarii, hodierni* ex iis quibus mandata juris- Th. IX. dictio, & iudicibus datis in novū aliquod genus efformati. Magistratus enim propter multas occupationes & causarum multitudinem solebant vices suas aliis mandare, quorum erat eadem potestas, quæ mandantis *l. 4. in pr. ff. de off. ej. cuj. mand. est juris d.* Commissarii autem plerumque ad unum vel alterum actum v. c. testium examinandorum, constituuntur: sæpè etiam ad totam causam & quandoque cum potestate sententiæ ferendæ & executioni eam mandandæ, quandoq; sine ea. ut appareat, eos jam eorum, quibus mandata jurisdictio, jam pedaneorum iudicum naturam imitari, jam ne quidem tantum, quantum hi posteriores, posse.



Th. X.

(X) *Legatorum Proconsulis juris dictio*, quæ ex mandata in propriam de generavit, quibusdam de naturâ illius retentis. Propriam habebat à Senatu, æque ac Proconsul, l. 4 ff. de offic. ej. cuj. mand. &c. quam tamen ipso actu exercere non poterat, antequam Proconsul mandabat, l. 13. ff. de offic. Proc. l. 1. §. 4 ff. de susp. tutor. & eò in sensu rectè dicitur, legatum Proconsulis nihil habere proprii in actu sc. secundo non actu primo dd. ll. Ei hodie, quatenus licet cum parvis componere magna, non ab similibus (I.) *Regis Romanorum potestas*, qui Majestatem suam non ab Imperatore sed ab Imperio seu ipsa lege & vi electionis habet. Rec. Imp. de anno 1559. in pr. ibi: Uns als hievor erwählten bestätigten und gekrönten Römischen König / auch ihro Liebde. und Keyserl. Majest. und im fall der Erledigung des Keyserthums unzweifelichen Rechten Successori und erwählten Römischen Keyser etc. exercitium verò Majestatis suæ in actu secundo, non nisi extra ordinem, quoties Imperator ei permiserit, So vieles dem Römischen König von Keyserl. Majestät vergönnet und zugelassen wird / vid. Capit. Rudolphi art. 32. Ferdinandi III. art. 49 & Ferdinandi IV. art. 47. Sed tamen non vicario nomine; cujusmodi nihil ferre Majestatem Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Eiben in disputatione quadam de jure pacis thes. 2. lit. B. in Colleg. publ. de S. R. R. vol. 2. disp. 13. multis luculenter ostendit. An autem suo nomine tantum administrandi jus habeat, expediunt non est Magn. Dn. Schütz in d. Coll. publ. v. 1. d. 5. th. 3. lit. B. hanc quæstionem distinguendo decidit, videlicet: Regem Romanorum ab Imperatore mandatum habere, aut non habere. Hoc casu, illum suo tantum nomine jura Majestatis exercere, per Ordin. Camer. part. 1. tit. 1. §. 3. Nämlich wollen die Römische Keyserl. Majest. als Römischer



mischer Keyser / oder im Fall daß ihre Liebden und Keyserl. Majest. nicht im Reich oder in der Nähe weren / Wir als Römischer König jederzeit dem Cammerrichter & in Rec. Imp. de anno 1555. §. 64. Und sollen in oberzehlten ibi die Keyserl. Majest. oder in dero abwesen aus dem Reich uns ihres Vorhabens &c. Altero vero casu, vi mandati seu Imperatoris & suo nomine simul, Rec. Imp. de anno 1532 §. So hat dem allen nach ibi an statt und im Nahmen ihrer Keyserl. Majest. und für Uns selbst Ord. Cam. part. 3. tit. 54 §. 2. Solches alles ibi an ihrer Liebden und Keyserl. Majest. statt / auch für Uns selbst als Römischer König / &c. Rec. Imp. de anno 1555. §. 65. So sich dann abermals ibi Wir an statt Keyserl. Majest. und für Uns selbst als Römischer König solches hiemit befehlen / &c. quam distinctionem supra laudatus Dn. D. Eiben in disputatione sua de jure Belli in Coll. Publ. Gies. de S. R. R. vol. 2. amplectitur & tuetur, ibique contra D. Limnæum, distinctionem hanc impugnantem, pluribus disputat. (2) Vicariorum Imperii, quippe qui alieno quidem nomine, tanquam Provisores, non suo, tanquam Domini, imperium gubernant. A. B. c. §. 1. & seq. unde quoque Vormundere und Pflegere des Reichs in textu germanico appellantur; sunt tamen publica lege seu ipso jure, non mandato alicujus constituti, & regulariter omnia possunt, quæ Imperator, nisi quædam specialiter excepta inveniuntur; cujus regulæ potissimum fundamentum sumitur ex Aur. Bull. Caroli IV. c. 5. in quo, cum unum atq; alterum duntaxat jus exercendi Vicariis negetur potestas, eo ipso reliqua omnia concessa intelliguntur, atque adeo ex differra certarum exceptionum positione regulam universalem in contrarium collegit Dn. Schütz in Coll. Gies. v. 1 d. 5. th. 12. 19. & 20. vid. præprimis Dn. D. E. ben supra allegata.



legata disput. *de iure Pacis th. 2. lit. B.* non secus ferè ac Interpretes, ex *pr. Inst. quib. alien. lic. vel non.* & quidem rectè arguunt, si aliquando, hoc est, in uno aut altero casu singulari non liceat Dominis rem suam alienare, uti extra hos casus regulare esse oportere, ut Dominis quibusvis res suas quascunq̃ue alienare liceat. Excipiuntur autem in *d. c. 5. (1.) Collatio feudorum Principum & illorum quæ Fahren Ehn* vulgariter appellantur, quorum investitura soli Imperatori & Regi Romanorum reservatur. Rec. Imp. zu Wormbs de anno 1521 §. 7. *Ob auch Sachen vorfielen* Ordin. Camer. *part. 2. tit. 7. (2) Alienatio* eorum, quæ ad Imperium pertinent A. B. c. 5. quibus exceptis firmatur regula in casibus non exceptis, §. 12 §. 43. ff. *de instr. vel instrum. legat.*

Th. XI.

(XI.) *Ius Protectionis* seu *Advocatia armata* degenerat interdum in *jurisdictionem*, non quidem propterea, quod clientes, uti instar subditorum & vasallorum nominantur Fideles, *Libe Getreue* item *Schutz Unterthanen*; ita etiam per se reverà sunt subditi (protectio enim regulariter jurisdictionem non tribuit, uti Mart. Mager. à Schonberg *de Advocatia armata c. 10. num. 386. & seqq.* latissimè ostendit) sed quod, experientià teste, multis in locis clientes parum à subditorum conditione differant, protectione sive de jure sive de facto in jurisdictionem vel superioritatem comutatâ. Ita Serenissimos Electores Saxonix intuitu Advocatix in civitate *Quedlinburgensi* merù imperium & mixtù prætere tradit *Wehnerus obs. pract. lit. V. verbo Bogten*. Sic quoq; Comites *Wertheimenses*, Monasterii *Brumbach* Protectores, jurisdictionem tam civilem quam criminalem habere commemorat Auctor *des Wertheimischen Gegenrichts cap. 3. fol. 39.* ibi: *alle Vortmässigkeit hohe und niedere D. brige*



brigkeit & vers. Weniger nicht hat sich die Graffschaft &c. Degeneratio autem illa facilius contingit, si protectio ad certum tempus non sit restricta sed hæreditaria, vid. Pet. Frid. lib. 2. de proc. c. 14. n. 4. Gail. 2. obs. 54. n. 6. und werden also die Schirmherrn gemeiniglich Sturmherrn/ Wehn. metamorph. rerump. c. 18. Hinc colligit Ritter. c. I. de Homag. facile fieri, ut Patroni in Dominos, clientes vero in servos evadant. Unde etiam Friderus dict. tr. & loc. civitatibus & aliis statibus libertatem amanti- bus autor est, ne sine magna & gravi necessitate, idque cautè adhuc & prudenter protectioni potentioris sese subjiciant; tutius enim satiusque existiment, aliquando detrimentum exiguum pati, gustu licet insuaviore, quàm servitutem annuo emere salario & mercede, sub plausibili protectionis titulo.

(XII) *Jurisdictionis, meri & mixti imperii portiones* Th. XII. quædam degenerarunt in *inferiorem* seu *bassam jurisdi- ctionem* germ. das Erb oder Niedergericht/ ad hanc quip- pe causæ & civiles, quavis non omnes, & leviora crimina pertinent, v. g. injuriæ verbales ac reales, si non sint atro- ces, furta non magnæ summæ, damna injuriâ data &c. vid. Coler. de proc. exec. part. 2. c. 1. n. 105. Befold. thes. pract. lit. N. n. 24. Dn. Carpz. de proc. tit. 2. art. 1. n. 56. & seq. n. 87. & seq.

(XIII) *Procuratores judiciales* hodie postulant Th. XIII. potius, quam illi, qui *Advocati* nuncupantur: unde & in Advocatos mutari videntur & ferè partes Advocatorū agere rectè dicuntur à Reinhard. Bächov. in not. ad Wefenbec. ff. de postulando. Contra Patroni causarum & Advocati nunc iidem facti, l. 5. l. 14. C. de advocat. divers. jud. cum olim distincti seu diversi essent, l. 2. §. 43. ff. de arig. Jur. vid. Hill. lib. 18. D. E. c. 3. lit. B. E. & seqq. quan- quam



quam concedendum sit, quod interdum officium Advocati & Procuratoris in unâ personâ subsistere queat, ita tamen, ut officia maneant distincta. Conf. Ord. Camer. p. 1. c. 19. §. 2. ibi: und aber der Redener oder Procuratoren und der Advocaten Embter unterschiedlich sind / 2c.

(XIV) *Civitates*, maximè *Saxonica*, quæ ex Imperialibus in municipales, aut ex his in illas degenerasse putantur. In hujusmodi enim civitatibus aliquid mixti cōspicitur, conditio tamen earum non est uniformis, sed vel amplior vel angustior, prout magis minusve de Regalibus participant, & Principibus, in quorum territoriis sitæ, ut ut certis pactis & conditionibus salvisque privilegiis, subsunt. vid. *Colleg. jur. Publ. Gies. vol. 1. disp. 8. thes. 22. lit. G.* & Philip. Knipsch. *de jur. & privil. civit. imper. cap. 3.*

### CAPUT III.

Th. I.

In tractatu de jure rerum occurrunt (I.) *Privilegia*, legum seu Constitutionum species, quæ interdum naturam induunt *contractuum* inque eos degenerant, nempe quoties conventionione aliqua fuerit indulta, unde & *Conventionalia* appellari possunt & appellantur post veteres à Dn. Myler. *in Nomolog. Ord. Imp. c. 13. n. 21.* potissimum autem ex genere contractuum hoc trahunt, ut non magis ahi, revocationi obnoxia sint, arg. *l. 5. C. de Obl. & Act.* Petr. Bellug. *in spec. Princ. rubr. 2. n. 4. & seq.* ubi ait, *hoc habere communè s. holam legistarū & habere pro Evangelio* Camill. Borell. *ad Bellug. in spec. Princ. rubr. 1. lit. c. & rubr. 2. lit. D.* ubi limitat. Nic. Reusn. *3. conf. 22. n. 45. & seq.* Eâ autē in re frequentissimus usus est conventionis seu contractus, quem *homagrale* vocant & definiunt contractum



Etum innominatum juris non scripti, legitime administrandi rempublicam & obtemperandi vid. Brun: *de homag. n. 20 & seqq.*

(II) Ex *jure & facto*, quas diversas species, sicut *æ* Th. II. & aurum esse, ait Vacunius à Vacuna *lib. 2. declar. 32.* conflata est *possessio*. Ea enim jam facti plurimi habere, *l. 19. ff. ex quib. caus. maj. &c.* & facti, non juris esse, *l. 1. §. 3. ff. de acquir. poss. l. 1. §. 15. ff. si is qui testam. lib. &c. l. 12. §. 2. ff. de capt. & postl. rev.* jam plurimum ex jure mutuari, *l. 49. pr. ff. de acquir. poss.* imò dilertè jus dicitur *l. 44. d. t. l. 38. §. 3. ff. de verb. obl. l. 5. C. de liber. caus. & per jus tanquam genus à multis definitur. vid. Hill. 5. D. E. 6. lit. H. Welenbec. ad ff. tit. de acquir. vel amitt. poss. ibidemque Dn. Hahn. Cæterum non placent, qui distinguunt, & possessionē, quā acquirendam facti, quā acquisitam juris esse ajunt, contra quos faciunt textus in *l. 29. ff. de acquir. poss. d. l. 19. ff. ex qu. caus. maj. &c.* Vacuna *d. l. Alciat. de quinque ped. præf. n. 69. & seq.* Rectiores procul dubio, qui facti esse possessionem respondent, si ipsam detentionem seu insistentiam spectes; *juris* vero, si animum vel affectionem sibi vel suo nomine habendi, sine quā possessio non magis, imo minus, quam sine detentione subsistere potest. *l. 1. §. 3. 9. 19. & seq. l. 3. §. 1. 6. & II. l. 17. §. 2. l. 25. §. 2. ff. de acquir. poss.* Cogitandum, annon ista ad proprietatis seu domini & possessionis comparisonem referri forsan debeant, de qua Seneca, *stulta*, inquit, *mortalium avaritia proprietatem possessionemque discernit.* nostri siquidem nihil commune proprietatem cum possessione habere affirmant & alteram alterā permisceri vetant *l. 12. §. 1. l. 52. ff. d. t.* namque *juris* vis ac potestas fortius se exserit & luculentius promicat in dominio, quam possessione.*

(III) *Dominium mariti in dote in usumfructum ferè* Th. XII.

C degene-



degenerans; maritus enim dicitur dotis dominus propter exercitium actionum, administrationem rerum dotalium, perceptionem fructuum & aliorum, quæ à lege constante matrimonio habet, *l. 7. ff. de jur. dot. alienandi* autem potestate caret *pr. Inst. quib. alien. lic. & c. r. t. ff. de fundo dotal.* quâ ratione ipsi uxori dominium quoque tribuitur in *l. 30. C. de jur. dot.* adeo, ut ipsa, marito ad inopiam vergente, constante quamvis matrimonio dotem repetere & vindicare possit, *l. 24. ff. sol. matr. l. 29. l. 30. C. de jur. dot.* sed hæc ad res immobiles inæstimatò in dotem datas potissimum pertinent, non cœteras, *l. unic. §. 15. C. de rei uxor. act.*

Th. IV.

(IV.) *Ius feudi*, quod ex particula quadam obligationis publicæ Imperantium, parentiumque & dominii coaluit; nempe uterque vasallus & dominus jus in re habet, alterque alteri ad fidem præstandam mutua obligatione tenetur *Dn. Struv. Syntagm. feud. c. 2. aph. 5. & seq.*

Th. V.

(V.) *Feuda* à communi & consueta feudi naturâ degenerantia, quæ *impropria* vocantur, *2. feud. 48.* & esse voluntalia (1) ratione *causæ efficientis* v. g. præscriptione *2. feud. 26. §. 4.* quæ aliena à propriis feudis; nam proprium sine investitura constitui non potest. *1. feud. 25.* (2) ratione *subjecti*, ut fit in feudo *foemineo*; nam ad feudi naturalia pertinet, quod in eo masculi succedant, non *foemina*, *1. feud. 8.* quâ naturâ mutatâ & alteratâ, *foemineum* transire in *improprium* necesse est. germ. dicitur *ein Weiber oder Kunkel Lehn.* (3.) ratione *objecti* feudum *improprium* est rerum *mobiliu*; de natura enim feudi *propriu* est, ut constituatur in re *immobili*; *2. feud. 23. vers. hujus autem generis.* verum, ubi ab hâc naturâ receditur, & res *mobilis* in feudum datur, in aliam feudi speciem sc. *impropriu* degenerat. *Wurms. de feud. improp. cl. 3. sect. 4.*

n. 46.



n. 46. (4) *ratione forme* feudum proprium transit in improprium, si iuramentum fidelitatis remittatur; naturalibus enim feudi proprii accensetur iuramenti præstatio, adeo, ut etiam contra quemvis valeat. 2. feud. 5. 6. 7. & 28. excepto tamen Imperatore & antiquiore Domino 2. feud. 7. & 28. à quâ, si placito Domini & Vasalli recedatur, & iuramentum remittatur, quod fieri potest. 2. feud. 3. in fin. 2. feud. 24. §. 1. in fin. fit feudum improprium Dn. Carpzov. in syn. jur. feud. disp. 2. th. 40. Rosenth. de feud. c. 2. concl. 60. n. 2. (5) *ratione effectus*: sic improprium est feudum hæreditarium, cui opponitur feudum ex pacto & providentia; natura enim feudi proprii requirit, ut succedant tantum filii, si autem per pactum ab hac natura recedatur, ita, ut omnes hæredes nulla habita sexus discrimine succedant, fit improprium 2. feud. 48. (6) *ratione finis* improprium est feudum Oblatum Germ. ein aufgetragen Lehn / quale exemplum reperitur in Comitatu Waldecensi. Deduction Herrn Landgraf Moris zu Hessen p. m. 189. & seq. Auftrags-Brief der Graffschafft Waldeck de anno 1538. ibi: Und han widderumb unsere Graveschafft zu Waldegken/die unser frie eygen Erbe ist/und unsere Obre Aldern / noch wir von keinem Herrn nie zu Lehn gehabt / noch getragen han / unsern lieben Dheim von Hessen recht und redelich usgetragen / usgelassen und usgegeben / ustragen / uslassen und usgeben ihme die auch geinwürtiglich in und mit krafft dieses Briefes / und derselbe unser lieber Dheim hat uns darnach mit derselben unser Graveschafft / und allen ihren Zubehorungen recht und redelich belehnet / und uns die zu rechtem Erb-Mann-Lehn geliehen / die wir auch von ihme zu rechtem Erbe Mann-Lehn also empfangen / ihme darüber gelobet und geschworen haben etc. Improperium autem exinde, quia revera non



est beneficium, quando à Domino non res propria, sed res ipsius Vasalli in feudum confertur; deficiente autem vero beneficio, deficit quoque proprium feudum 2. feud. 23. v. in primis illud & in improprium degenerat. Refertur huc quoque possunt, feudum francum, feudum aperturæ, & alia; quæ omnia, licet in quibusdam à communi feudorum naturâ recedant, in reliquis tamen propriam naturam retinent & jure feudi censentur; 2. feud. 48. vid. Wurml. d. tr. de feud. improp. & Dd. comm.

Th. VI.

(VI.) *Mutuum* verus est quidem ac genuinus contractus, attamen participat de genere modorum *transfereendi dominii*; non enim perficitur mutuum, seu non expletur ejus substantia, nisi datione v. gr. pecuniæ numeratione *pr. Inst. quib. mod. re contr. obl.* Mutuum enim ita datur, ut ex meo tuum, ut accipientis, ut ex proprio alienum fiat, quomodo Impp. & Jcti, passim loquuntur, nec ullū casum mutui dari constat, quo alienatio posset abesse vid. l. 18. l. 41. ff. de reb. cred. l. 3 §. 8. ff. de cond. caus. dat. l. 3. §. 1. ff. de O. & A. & Magnif. Dn. Tabor. part. elem. part. 3. sect. 4. th. 25. in ex. d. 51.

Th. VIII.

(VII.) *Depositum*, *Mandatum* etiã nudi pacti vi degenerant ferè in *Mutuum*; *Depositum*, si videlicet depositarius paciscatur, ut pro rebus, quæ mutua vice funguntur, tantundem reddatur. l. 24. l. 26. §. 1. ff. depos. quod etiam fit, si pecunia adnumeretur & tradatur non ob signata & clausa, l. 25. §. 1. ff. eod. si frumentum depositum cum alio confundatur. l. 31. ff. locat. Contractus *mandati* transit in *mutuum* v. g. quando inter contrahentes placuit, ut ex causa mandati hætenus debita crediti nomine retineatur l. 15. ff. de reb. credit. Et generaliter sciendum, posse ex omni contractu (modo cætera hanc ad rem apta) venditionis sc. locationis, depositi, mandati, commodati & ex alio simili nego-



li negotio nuda pactione mutuum fieri; hæ tamen conventiones, licet prioris contractus naturam egrediantur, non tamen efficiunt, ut prior contractus in totum tollatur, & res in alium contractum abeat. vid. *d. l. 24. & d. l. 26. §. 1. ff. de pos. Vinn. tr. de pact. c. 9. n. 10.*

(VIII.) Eodem modo evenire potest, ut *creditum* Th. VIII. *privilegiatum* v. gr. deponentis degeneret in *minus privilegiatum*, puta, si is stipuletur & accipiat usuras *l. 7. §. 2. ff. de pos. l. 24. §. 2. de reb. auth. judic. &c.* ipsâ enim negotii formâ amissâ, privilegium quoque prælationis ei cohærens amittitur; nec depositarius, si depositum formam mutui induat, plus juris habet, quam mutuatarius, adeo, ut saltem inter chyrographarios numeretur. *dd. rxx.* Sic quoque expirat privilegium, si creditor pecuniam hæreditariam post statutum solvendi tempus non receperit, sed debitori titulo mutui reliquerit; nam tunc pecuniâ hæreditariâ naturam suam amittente, inque mutuo datam conversâ, privilegium quoque cessare æquum est arg. *l. 6. §. 2. ff. de jur. patron.* secundum quam sententiam Facultas Juridica Lipsiensis pronuntiavit, teste Dn. Carpzov. *jurisp. for. part. 1. c. 28. def. 59.* In causa Marten Valentin Kaldschmiedes Wittiben zu Grumbach Mens. Jan. 1634. (verba sunt) Ob wol gedachtes eures Ehemannes Geschwister auf berürtem Gute noch einige Erbgelder zu fodern: Dieweil aber dennoch solche/als sie albereit vor 6. Jahren fällig gewesen / euren Ehemann auf seine blossse Handschrift/als ein mutuum umb Verzinsung ferner gestundet worden &c. So haben sie auch dadurch die Natur und Eigenschafft/ benebenst dem Rechte und privilegio der Erbgelder verlohren / und ihr werdet demnach mit eurem eingebrachten Gute in der Zahlung billig vorgezogen &c.

(IX.) *Mandatum in locationem & contractum inno-* Th. IX.



*innominatum*. Mandatum suâ naturâ gratuitum est: quod igitur non est gratuitum, id non est mandatum, sed in aliam speciem contractus cadit §. *ult. Inst. mand. l. 1. §. 4. l. 6. §. ult. l. 36. §. 1. ff. eod.* mutatâ enim formâ & rem ipsam mutari necesse est. Si igitur merces interveniat, & subsit idoneum objectum, hoc est factum locari solitum, in locationem conductionem; *d. §. ult.* si factum non locari solitum, mercede tamen interveniente, fuerit, in contractum innominatum transit. *l. 5. §. 2. ff. de præscr. verb. Honorarium tamen sive salarium remunerandi gratia absque degeneratione intervenire potest l. 6. pr. l. 7. ff. mand. l. 1. C. eod.*

Th. X.

(X.) *Testamentum cæci* ex utroque genere scripti & nuncupativi participare videtur. Ex testamento scripto habet (1) Scripturam, ita scilicet, ut eâ hîc non tam ad probationem, quàm ad essentiam requiratur. *l. 8. C. qui testam. fac. Ord. Notar. de anno 1512. tit. von Testamenten §. 1. ibi: aber doch nicht ohne Schrift* (2) Subscriptiones testium & Notarii *d. l. 8.* & (3) eorum Obsignationes *d. l. 8.* Ex nuncupativo vero, quod testator hæredem nuncupare, eumque linguâ suâ disertè declarare teneatur. *dict. Ordin. & d. l. 8.* secundum quæ hoc testamentum *mixti generis* existeret, adeoque tertiam speciem testamentorum constitueret; quod etiam, licet regulariter duæ tantum species scriptum & nuncupativum existent, per §. *fin. Inst. de testam. ordin.* expresse agnoscitur, in *d. 1. von Testamenten §. 1. ibi: mag man auch von einem dritten Geschlecht* &c. In hoc autem cæci testamento, præter communia hætenus recensita, nonnulla singularia reperiuntur. Testator enim (1) non solum debet hæredum nomina, sed etiam eorum dignitates & indicia, ne sola nominatio quicquam dubii pariat, exprimere. (2.) Octo testes, cum



cum aliàs in omni testamento septem sufficiant, inter quos Notarius si haberi possit, requiruntur. *d. Ordin. de anno 1512. tit. von Testamenten §. 9. aber zu eines Blinden & d. l. 8.*

Illi autem testamento quadantenus simile est (XI.) Th. XII.

*Testamentum Implicitum*, quod vocant, & fit per nuncupationem implicitam relatione facta ad scripturam vel schedulam; cujus aliarumque solennitatum, quæ accedere solent, respectu, ad testamentum scriptum nonnulli referunt; alii verò itidem mixtum esse volunt, quasi ex natura scripti & nuncupativi conflatum. Neutrum tamen huc accommodari potest, non *illud*; quoniam in hoc testamento solennitates ad scriptum formaliter requisitæ desunt, non *hoc*; tertiæ enim hujus speciei, quantum ad hoc testamentum implicitum, in jure nostro non fit mentio. Restat itaque, ut sit nuncupativum, & facit pro hac sententia, quod testamentum implicitum vim & essentiam suam primario ab institutione hæredis, ore testatoris factâ, nanciscatur. *Conf. l. 21. §. 2. C. de testam.*

(XII) *Legata cum fideicommissis* ita permiscuit Imperator Justinianus, ut, quod deerat legatis, hoc repleverit ex natura fideicommissorum, & si quid amplius fuit in legatis, per hoc auxerit fideicommissorum: prout ipse quasi loquitur in §. 3. *Inst. de legat. junct. l. 2. C. comm. de legat.* Forma tamen unicuique negotio propria mansit, cum & hodiè legata, non nisi directis, fideicommissa non nisi obliquis seu præcariis verbis, quibus relinquuntur, fiant. §. *fin. Inst. de sing. reb. per fideic. &c.* Wesenb. *ad rit. ff. de legat. l. n. 3.* & 10. ibique Dn. Hahn. Unde recte Mantica *de conject. ult. volunt. l. 7. t. 2. n. 1.* dicit, legata & fideicommissa non esse idem formaliter, sed virtualiter.

(XIII) *Obligatio* aliquando morte mutatur & degenerat.



nerat in aliam v. c. in actione *tutela*. Quamvis enim obligationis qualitas ex persona hæredum non mutetur l. 2. §. 2. ff. de verb. oblig. aliter tamen tutor, aliter ejus hæres obligatur; ille enim de levi culpa, hic tantum de dolo & lata culpa defuncti tenetur. l. 1. C. de hæred. tutor. & curat. exemplo Magistratuum. vid. l. 4. ff. de magistr. conven. l. 2. C. eod. Sic obligatio ad quodlibet æs alienum solvendum, quæ solida fuit in defuncto; in hæredibus autem pro *rat*is portionibus ipso jure divisa est. l. 26. C. de pact. l. 6. C. famil. *ercise*.

Th. XIV.

(XIV.) Per *novationem* & *delegationem* quoque, stipulatione interpositâ, degenerant contractus in aliam speciem. Per *novationem* quidem in *specie* sic dictam, si diferte contrahentes, qui iidem manent, animum novandi exprimant, & conveniant, te velle priorem obligationem tollere & fieri novam per l. ult. C. de novat. & delegat. Per *delegationem*; si debitor creditore suo consentiente l. 1. C. eod. alium debitorem vice sua constituat l. 11. ff. eod. Luber hîc annectere quæstionem alias valde intricatam, an *delegatio* quoque perinde, ut *novatio* secundum d. l. ult. expressis verbis fieri debeat? Gail. l. 2. obs. 30. n. 9. negativam tuetur, cui adstipulatur Dn. Hahn. ad VVes. tit. de novat. n. 8. Verum cum non sit dubium, Imperatorem Justinianum illam legem ad ipsam quoque *delegationem* extendere voluisse, quod verba legis satis indicant d. l. ult. in pr. ibi: *vel aliam personam non adhibuerit ve. mutaverit*, quæ personarum mutatio non fit, nisi in *delegatione*, affirmativa sententia magis arridet, quam etiam in praxi observari testatur & multis præjudiciis firmat Dn. Carpzov. *Jurispr. for. part. 2. c. 19. def. 26.*

CAPUT



## CAPUT VI.

In tractatu de Judiciis & actionibus occurrunt (I) Th. I.  
*ipsa judicia*; hæc enim olim *cum in jure* & extra ordinem apud ipsum magistratum, tùm *in judicio* & ordinariè apud judicem pedaneum fieri dicebantur. In jure examinabatur à Magistratu quæstio juris, ut constaret de jure agendi, id est, an actio de facto proposito competeret, & si competeret, Magistratus judicium constituerebat, dabatque judicem, qui de facto proposito cognosceret, præscriptâ illi formulâ juris, quod in judicio fieri vocabatur; licet hodie, formulis judiciorum constituendorum & judicum dandorum sublatis, omnia judicia sint extraordinaria, uti ait Imperator in §. ult. *Inst. de interd. jung. pr. Inst. de success. subl. l. 47. S. I. ff. de negot. gest. & t. t. C. de judic. pedan. t. t. C. de form. subl.* ibique Peretz. ex quibus deinde diversa illa in jure & judicio agendorum genera magis magisque confusa, tandem abierunt in eum, quem hodie in causis ventilandis decidendisque receptum videmus modum, ut nempe ipsi Magistratus tam *facti*, quam *juris* quæstionem tractent, nisi quod in *illâ* Commissariorum, in *hâc* Jctorum, eorum præcipuè, qui in Facultatibus Juridicis aut Scabinatibus assident, utantur ope operaque, qua ratione mixtum quid hodie ea in re obtinere, nec à prisca observatione prorsus decessum videtur: Conf. Vult. *tract. de judic. lib. I. c. 3. n. 14. & seqq.*

(II.) *Actiones reales & personales, illas nempe, quæ* Th. II.  
 ex jure aliquo in re, *hæc* quæ ex jure ad rem descendunt, quandoque ita miscentur, ut nonnullas v. gr. familiæ eriscundæ, communi dividundo &c. ex utroque isto jure simul oriundas, tertium genus producere, multi opinen-

D tur;



ur; textu ad id probandum latis claro, uti videtur, nixi in §. 20. *I. de act.* junct. *l. 21. §. pen. ff. famil. exercisc. l. 7. C. de hered. petit.* Dissentit Dn. Wissenb. *in disp. ad Inst. tit. de action. n. 48. per §. 1. & 28. l. eod. §. 3. & 4. I. de oblig. qua ex quas. contr. l. 1. ff. fin. regund.* Quicquid autē sit, rationes procul dubio sunt, cur statuatur, dari equidē actiones, quæ respectu *effectus & objecti* mixturam ejusmodi præ se ferunt, seu, uti *d. §. 20.* habet, mixtam causam obtinere videntur; si vero ipsa *causa efficiens & quidem proxima* spectetur, quæ tantum vel est jus in re vel jus ad rem *pr. §. 1. & seq. l. de act.* simplices sunt, & revera uni tantum juri in re vel juri ad rem natales suos debent, *vid. Dn. Schütz in exercit. Inst. exerc. 21. th. 1.*

Th. III.

Sic (III) *actiones præjudiciales* in rem quidem non sunt, nec enim ex aliqua receptarum vulgò juris in re specierum nascuntur, non ex dominio, pignore, servitute nec etiam possessione; sed in rem esse videntur, judice Imperatore in §. 13. *Inst. de action.* quas ipsas tamen propterea mixtas ex personalibus & realibus temerè nemo pronunciaverit. ut ut medias esse, nec personales nec reales propriè, adeoque tertium aliquod genus constituere, negari nequeat. Quamvis autem hæ actiones nonnulla de natura actionum personalium & realium participant; unde etiam Dd. in diversas abierunt sententias; multa tamen singularia, præ aliis realibus & personalibus habent. *vid. Dn. Schütz disp. 20. th. 8. lit. B.* Hactenus ergo non duo tantum, in rem & personam, quæ Imperator in §. 1. *I. de action.* determinat, actionum esse genera sequeretur.

Th. IV.

(IV) *Objecti* autem intuitu verè *mixtas* dari actiones, easque interdum per se & perpetuò tales, interdum ex accidenti, certissimum est. Ejusmodi actiones sunt, actio vi bonorum raptorum, quæ non est merè pœnalis, nec



nec etiam merè rei persecutoria, sed mixta. *pr. Inst. de vi bonor. rapt. ibi: Quadruplum autem non tot a pœna est, sicut in actione furti manifesti diximus, sed in quadruplo inest & rei persecutio add. §. 19. l. de act.* Item actio quod metus causa; regulariter enim in hac actione reo convento pœnam evitare conceditur, rem arbitrio iudicis ante sententiam restituendo *l. 14. §. 1. ff. quod met. caus.* & ita mera rei persecutoria; ex accidenti verò, si videlicet iudicis jussu non pareat, fit pœnalis, & in duplum vel quadruplum condemnatur. *§. 23. & 27. l. de action.* Idem quoque accidit in actione depositi, quod Dd. vocant miserabile, Legis Aquiliae &c. ubi actio simpli transit in duplum per inficiationem & fit mixta. *§. 26. l. de action.*

(V) Sed annon *bonae fidei & stricti juris actiones* misceri quoque, & tertium genus, quod *arbitrarias* jura appellent, excludere dicemus? Ita videtur, & has quidem plus ex bonae fidei quam stricti juris judiciis trahere, arg. *§. 30. junct. §. 31. in fin. l. de action.* Certè nec ad bonae fidei, nec ad stricti juris actiones pertinent, per *l. 3. §. 1. ff. de usur.* junct. *§. 28. & §. 31. l. de action.* sed propriam ex parte habent naturam & ab utraque specie in eò differunt, quod in arbitrariis jussus iudicis vel arbitrium sententiam definitivam sive absolutoriam sive condemnatoriam præcedere solet. *d. §. 31. l. de action.* Iteus ac in cœteris illis.

(VI.) Et ferè tale quid in actione *tributoria* occurrit; præcedit enim & ibi jussus iudicis de distribuendo, ad hoc, ut æqualis distributio fiat peculii, inter creditores & dominum, si quid ei debeatur *l. 5. §. 1. ff. de tribut. act.* & distributionem non rectè factam querentibus creditoribus, pervenitur ad iudicium & sententiam definitivam *§. 3. Inst. quod cum eo qui in &c.*

(VII) Nec multum absimile est, quando in una actione,



ctione, pura de peculio & in rem verso, per singularem  
 quandam degenerationem seu mixturam *dua condemnatio-*  
*ones* concurrunt. Actiones de peculio & in rem verso  
 separatae & distinctae quidem sunt, nec minus haec, quam  
 illa separatim, sola & per se potest institui, *l. i. §. i. l. 14. l. 19.*  
*in fin. ff. de in rem verso* sed quia commodior agendi ra-  
 tio, si actioni de peculio clausula de in rem verso adjicia-  
 tur, cum hoc modo actor & quod in rem versum est, &  
 quod ultra, deducto eò quod domino debetur, in peculio  
 est, consequatur, facta cumulatione una actio appellatur,  
 duas tamen condemnationes requirens, alteram super  
 eo, quod in rem versum est, alteram super eo, quod dedu-  
 cto domini debito in peculio superest, ut docet Impera-  
 tor in §. 4. *vers. itaq. si & vers. itaq. iudex l. quod cum eo & c.*  
 quod in aliis actionibus secus esse apertissimi juris est.

Th. VIII.

Huc (VIII) quodammodo spectat *cumulatio actio-*  
*nis hypothecariae & personalis* v. gr. ex mutuo, qua in libel-  
 lo facta disjunctim seu alternativè quis petit, ut vel ad  
 debitum solvendum damnetur reus, vel missio decerna-  
 tur in res pignori hypothecae nexas. *c. 5. X. de pignor. l. 16.*  
*§. 3. ff. eod. Myns. cent. 1. observ. 58. Gail. 1. observ. 62. n. 8.*  
 Ejusmodi cumulatio etiam invenit locum in remedio,  
*l. 2. C. de rescind. vendit.* ad infirmandam venditionem  
 propter deceptionem ultra dimidium; nam in arbitrio  
 v. gr. *emptoris* est, an velit supplere justum pretium, aut  
 rem restituere *c. cum dilecti 3. §. 2. quia verò in arbitrio X. de*  
*emt. vendit. junct. Gail. d. observ. n. 10. & Myns. cent. 2.*  
*obs. 42. n. 4. & seq.* Et in genere omnes actionum *com-*  
*binations* (ut loquitur Bartolus) huc referri possunt v. g.  
 actiones quae competunt legatariis; relicto enim legato  
 possunt experiri actione hypothecaria, rei vindicatione  
 & actione ex testamento, *l. i. C. comm. de leg. §. 2. Inst. eod.*

cujus



cujusmodi casus etiam dantur in l. 7. §. 1. ff. de condit. furt. l. 54. §. 3. ff. de furt. Similiter, si quis servum vulneraverit, quem furripuerat, vel servus servum alienum furripuerit, & occiderit; actiones legis Aquiliæ & furti, furti & damni injuriâ dati cumulantur l. 2. in fin. ff. de priv. delict. l. 27. in pr. ff. ad L. Aquil. Idem fit in actione arborum furtim cæsarum; cumulantur enim ibi, actio ex l. 12. tabb., actio L. Aquiliæ, l. 1. ff. arb. furt. cas. interdictû quod vi aut clam, actio ad exhibendum, actio furti &c. l. 8. §. 2. ff. arbor. furt. cas. quas tamen pro diversitate circumstantiarum, modò in hanc, modò in illam speciem transire textus allegati satis evincunt.

(IX) Actiones ex omnibus contractibus v. gr. em-<sup>Th. IX.</sup> pti, locati, mutui, ex stipulatu, negotiorum gestorum &c. degenerant in exercitorias, institutorias, de peculio, quod jussu, de in rem verso, quoties non contra eum, qui contraxit, sed contra alium, id quod regulæ juris nostri alias non permittunt, nempe contrahentis præponentem vel dominum dantur; ob hanc subjecti mutationem novâ formâ seu qualitate, quam adjectitiam Dd. vocant, unâque novo nomine suscepto, in cæteris tamen pristina directarum actionum formâ & naturâ retentâ. vid. l. 3. §. 1. l. 10. §. 5. l. 7. §. 4. l. 19. ff. de in rem vers.

(X.) Eodem modo actiones ex delictis privatis, <sup>Th. X.</sup> furto, damno, rapina, injuria &c. degenerant in noxales, veluti si servus ignorante domino vel sciente quidem, sed prohibere non volente furtum fecerit, aut bona rapuerit, aut damnum dederit, aut injuriam commiserit, pr. Inst. de noxal. act. aut aliud quid dolo perpetraverit; l. 1. §. 5. l. 2. ff. de eo per quem fact. l. 9. §. 4. ff. de dol. mal. l. 7. §. 5. ff. arb. furt. cas. tenentur enim dominus actione noxali, ut vel da-

D 3 mnum



num à seruo datum resarciat vel ipsum hominem  
noxæ dedat *pr. inst. h. t.*

Th. XI.

(XI.) Procurator in rem suam mixtum genus esse videtur ex litis domino & procuratore. Dominum litis esse ex eo colligitur, quod litem mandato Domini in iudicio administrat, in sui tamen ipsius comòdum & lucrũ; ut puta, si alicui ab alio cessæ sint suæ actiones, cui<sup>o</sup> exempla reperiuntur in *l. 20. §. 1. ff. de appell. l. 24. ff. de minor. l. 34. ff. procur. l. 4. C. eod.* Procuratorem vero esse, administratio rei alienæ arguit, nã utut alias in propriis nemo sibi ipsi est procurator, id tamen fallit in procuratore in re suam, qui & domini & procuratoris partes simul sustinet; idcirco procuratorem in rem suam, non nihil de natura utriusque participare, apertum est.

Th. XII.


(XII) *Mandata* seu jussus & præcepta iudicis (im-  
mensum quantum à mandato, de quo in *tit. ff. & C. mand.*  
uti & à mandatis, de quibus *tit. C. de mand. princ.* distantia,  
notissima distinctione dicuntur esse vel *cum* vel *sine clau-*  
*sula*, quæ Petr. Frider. in *lib. 2. de process. extrah. c. 5. num. 2.*  
quandoque misceri putat & degenerare in speciem no-  
vam, quod partim *cum* partim *sine clausula* emanet, v. gr. si  
decernatur super litigiosa possessione *mandatum cum* &  
simul de non offendendo *sine clausula*; item super fracta  
pace de restituendo *cum* & non amplius turbando *sine*  
*clausula* & c. Ita in Camera Imperiali nihil frequentius  
esse his & similibus decretis, *Ist das gebetene mandatum*  
*de non impediendo edificari sine, de restituendo destructa cum*  
*clausula erkand. in consilio. & c.* Item *ist das Mandatum de*  
*via facti procedendo sine, de non amplius turbando cum clau-*  
*sula erkand* & c. Vid. Laur. Reichwein *Formul. & c. pag. 85.*  
D. Blume *tit. 8. supplic. Camer. n. 54. n. 63. 87. & seqq. tit. 13.*  
*n. 1.* re tamen penitius inspectâ, satius est, ut talia manda-  
ta mixta




ta mixta non dari, sed in allatis exemplis duo distincta  
 tubesse mandata, uno tamen eodemque processu, quem  
 vocant, seu instrumento & diplomate contenta, non se-  
 cus ac duo testamenta uno codicillo conscribi, duæ plu-  
 resque stipulationes unâ formula comprehendi possunt  
 solentque. Et hæc sunt, quæ de *rerum juridicarum DEGE-  
 NERATIONE*, materia satis intricata & diffusa pro tem-  
 poris angustia & ingenii modulo proponere ac concin-  
 nare licuit. Interim Deo Ter Opt. Max. devotas ago gra-  
 tias, quod divina sua clementiâ benigne adesse ac  
 mentem dirigere voluerit, cui me meaq; ul-  
 teriora studia commendo.






























the scale towards document

# CAPIONIBVS.

alienae, figurae capiendi mortis causa innominatae nequeunt.

## §. XV.

re figura capiendi hactenus desiderata occurrit in ac-  
tione, quam heres, vel legatarius vi conditionis ul-  
timate praestat, ut hereditatem vel legatum confe-  
ditur. *Si quis fit heres institutus, si mihi decem dederit:  
ab eo, qui heres institutus est, conditionis explendae  
mortis causa capio, l. 38. π. de mortis causa donat. et*  
ac acquisitionem pecuniae trutinam legitimam scientiam  
niet, quod nec nomine denotetur, nec sui similis  
offendatur acquirendi modus. Nam decem haecce  
ultimae voluntatis, neque inter vivos, proficisci vi-  
ent ex illo; quia non praestantur ex bonis testatoris:  
quia ex testatoris proficisci videntur voluntate. Et  
stantur, aut ex alterutro actu, aut fluctuante velut  
ultimas voluntates necessario solvuntur. Quod an-  
tingat, ex sequenti patefiet disquisitione.

*Exemplum  
figurae capiendi mor-  
tis causa  
innomina-  
tae specta-  
lis.*

## §. XVI.

alatum sit, quod ultimae voluntates sub conditione,  
ditio dandi, celebrari possint, ad conditionem vero  
ne adjectam adimplendam in iure non detur actio; in  
re *Paulus pr. l. 44. π. de cond. et dem. conditionem*  
asserat, quae quidem adimplenda, si relictum sibi  
legatarius consequi velit, nequiquam vero, si illud  
hypotheseos fundamentum aperte innuunt verba di-  
tione. *uni ex heredibus fundum legavi, si centum heredibus  
et suam partem hereditariam et reliquam summam pro-  
dabit. Ast si heres ex parte ita institutus est, si he-  
dedisset, non aliter esset heres, quam si tota decem  
disset: quia non ante ad hereditatem admitteretur,  
n summam dedisset. Nec aliter sentit Iavolenus l. 56.  
verbis: cui fundus legatus est, si decem dederit, par-  
qui non potest, nisi totam pecuniam numerasset. Ex  
liquido constat, nullam adversus heredem vel lega-  
tarium,*

*Mortis  
causa cape-  
re in specie  
sic dictum,  
facti est.*